



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Præsides Eiusdem. n. 3

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

*S. Caroli in  
Societatem  
benevolen-  
tia signa.* Item non modicam benevolentie significationem erga Societatem præ se semper tulit Borromeus Sanctissimus, & hoc propriè primum Mediolani, quo die S. Felicis Templum apertum est, post Sacrum in eo magnificè factum, coniuina se Patribus, cum suorum honestissimis comodato, deinde Romæ post addita per benigne cetera Societatis Domicia, Collegij cohonestata mensa, illud addidit beneficium, quodiam dudum petebatur, ut Seminarij Mediolanensis procuratione Societatem exoneraret. Ita Par. 4 Hist. Soc. lib. 7. n 54.

*Et exerci-  
tiorum  
estimatio.*

A B E O D E M , mire vim, & energiam Exercitiorum S. P. Ignatij commendante : Cum Dux Mantuanus eius bibliothecam visisset, mirificeque laudaret, conuersus ad illum Carolus, Parvulum (inquit) in pulpito libellum habeo, è quo plus haurio, quam è reliqua bibliotheca, quia nempe purius, & plenius tanquam ex ipso fonte. Ita in Imag. 1. scc. Soc. lib. 3. cap. 10. fol. 381. sic sanctus ille Mediolanensis Archiep. de aureo illo exercitiorum libello sentiebat.

*Socij in  
puerorum  
educatione  
ceteris  
preferun-  
tur.*

2. A B I N T E R P R E T I B V S . Concilij Tridentini in obseruat. declarat. eiusdem Concilij ad seß. 23. de Reformat. cap. 18 n. 33. Ante omnia (inquit) in Seminarijs constituendus est Grammaticus, & Musicus, qui pueros instruant, & si reperiantur IESVITÆ ceteris anteponendi sunt. Ita illi. Grauis sane laus: tum quia ab Eminentiss. Principibus prosectora, tum etiam quod hac in re nostrorum operam præ ceteris absque colla exceptione commendat.

*Societas  
per orbem  
cum maxi-  
mo anima-  
rum fructu  
patet.*

3. A P R A E S I D I B V S . Eiusdem Concilij : Religio (inquit) Presbyterorum Societatis IESV , quæ iam latissime per Christianorum, & Gentium etiam prouincias (Deo quod cœpit Opus promouente) cum maximō animarum fructu patet, instituta in Ecclesia Dei , & approbata per Sedem Apostolicam fuit. Ita in Diplomate dat. Trident. 1. Nouemb. ann. 1561. apud Imag. 1. scc. Soc. lib. 5. cap. 10. fol 666. Item pro Societatis innocentia in quadam persecutione idem Eminentiss. Cardinales affirmarunt, Nunquam neque sanctissimum Dominum, neque iplos de sinceri studijs, innocentiaque Societatis dubitauisse:

bitauisse: non potuisse tamen non magnopere gaudere, quod post tot, tamque accuratas impugnations non modo nihil de existimatione eius imminutum esset, sed probatior etiam, & conspectior integritas euasisset. Quapropter hoc nomine vehementer Patribus gratulari, cum Sanctitatem summi Pontificis, tum ipsos de Reformationis Concilio Cardinales, pariterque hortari, ut pergerent bono animo, quales hactenus præbuerant se, tales in futurum præstarent. Prouisum <sup>Sedis Apost.</sup> gratiam eis esse, ne quid amplius, à quo oppugnabantur, timerent, nunquam <sup>gratiam eis</sup> pollicetur.

quam gratiam Sedi Apostolicæ, nunquam benignantem desideraturos. Ita Par. 2. Hist. Soc. lib. 8. n. 28.

4. A ZACHARIA DELPHINO, ET IOAN. FRAN. <sup>Iesuitæ</sup> COMMENDONO legatis etiam Apostolicis, quos circumire Ciuitates, <sup>feliciter, &</sup> Principesque Germaniae, & ad Tridentinum Concilium Pontifex <sup>strenue la</sup> Pius IV. inuitare iussérat, mandataque addiderat protegenda, & quamplurimis locis collocanda Societatis, & illi quidem diligenter, summaque benignitate executi mandata rescripserunt, Aditas abs se quamplurimas Ciuitates, obitasque Provincias, & perspectum quam strenue, quamque feliciter IESVITÆ ubique laborent: nec apparere aliam commodiorem, vel conservandi integra, vel recreandi perdita viam, quam si multa <sup>Quanta ex</sup> <sup>Collegijs</sup> <sup>utilitas?</sup> eorum Collegia disponantur; idque se sedulo curasse. Ita 2. Par. Hist. Soc. cit. lib. 5. n. 159.

AB EODEM COMMENDONO: Qui secum in legatione sua per septentrionis Provincias Lambertum nostrum circumduxerat, adiutore ad regendos familie mores, & in rebus Religionis, quas Hæretici in controuersiam reuocarent disceptatore vtens; eique viro Lambertus, cunctaque eius familie usque eo sapientiam, sanctitatemque probauerat, ut laudibus eius plenam, & actionibus gratiarum Epistolam ad Lanium Commendonus dederit. Prae ceteris (ait) nunquam in celebrem se venisse locum, quo non multo ante precurrisset fama, cum Legato, Iesuitam aduenire: sique nihil aliud, id certè lucrificatum, quod sit ostensum Hæreticis Catholicorum specimen Sacerdotum, ac Iesuitarum. Ita Ibidem lib. 5.